as hominū· ulleq; genuerunt:
isti sunt potentes a seculo uiri
famosi. Uidens autem deus qđ
multa malitia hominū esset in
terra· et cuncta cogitatio cordis
intenta esset ad malum omni
tempore: penituit eum qđ homi
nem fecisset in terra· Et ꝓtacuit
in futurum· tactus dolore cordi
intrinsecus: delebo inquit homi
nem quem creaui a facie terre· ab
homine usq; ad animantia· a rep
tili usq; ad uolucres celi· Pen
tet enim me fecisse eos· Noe uero
inuenit gratiam coram deo· Hę
generationes noe· Noe uir iustꝰ
atq; perfectus fuit in generationi
bus suis· Cum deo ambulauit· et
genuit tres filios· sem· cham· et
iapheth· Corrupta est autem terra
coram deo· et repleta est iniquita
te· Cumq; uidisset deus terram
ecce corruptam· omnis quippe caro
corruperat uiam suam super terrā·
dixit ad noe· Finis uniuersę carnis
uenit coram me· Repleta est ter
ra iniquitate a facie eorum· et ego di
spdam eos cum terra· Fac tibi ar
cham de lignis leuigatis· Man
siunculas in archa facies· et bi
tumine linies intrinsecus et ex
trinsecus· et sic facies eam· Trece
torum cubitorū erit longitudo
arche· quinquaginta cubitorū la
titudo· et triginta cubitorum al
titudo illius· Fenestram in archa
facies· et in cubito consummabis
summitatē eius· Ostium autē
arce· ponesq; lateri deorsum· Ce
nacula et tristega facies in ea· Et
ecce ego adducam diluuij aquas
super terram· ut interficiam omnē
carnē in qua spiritus uite est sub
tter celum· uniuersa que in terra
sunt consummentur· Ponam q;
fedus meum tecum· et ingredie
ris arcam tu et filij tui· uxor tua
et uxores filiorum tuoꝝ tecum· Et
ex cunctis animantibus uniuerse
carnis bina induces in arcam
ut uiuant tecum· masculus se
xus et femininus· De uolucrib;
iuxta genus suum· et de iumen
tis in genere suo· et ex omni rep
tili terre secūm genus suum· bi
na de omnib; ingredientur tecū·
ut possint uiuere· Tolles igitur
tecum ex omnib; escis que man
di possunt et comportabis apud
te· et erunt tam tibi quam illis

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 119, f. 1r (seq. 1) – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-go0t/1306/17514)